

las ad vitam vitam converterent. Ostendit autem Dominus quod grande scelus committerent qui hoc quod Dei esse cognoverant, diaboli esse clamabant, cum subdit: Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemie quibus blasphemaverint. Omnia quidem peccata, & blasphemie non passim dimittuntur omnibus hominibus, sed his qui dignam pro erroribus suis in hac vita poenitentiam egerint: & sic neque ullam habet locum (1) vel Novatus, qui poenitentibus, qui in martyrio lapsi sunt, veniam neget esse tribuendam; vel Origenes, qui asserit post iudicium universale, (2) transactis, licet seculorum voluminibus, cunctos peccatores veniam peccatorum esse consecuturos: cujus errorem sequentia Domini verba redarguunt, cum subditur: Qui autem blasphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remissionem in aeternum. Chrysostomus (a) (hom. 42. in Matth. a med.) Et quidem blasphemiam quae circa eum erat, excusationem habere dicit, quia tunc videbatur homo despectus, & infirmi generis; sed iniuria Dei remissionem non habet. Blasphemia autem in Spiritum Sanctum contra Deum fit. Est enim Spiritus Sancti operatio regnum Dei; & propter hoc irremissibilem dicit esse Spiritus Sancti blasphemiam. Pro eo autem quod hic subditur: Sed erit reus aeterni damnationis, alius Evangelista dicit (Matth. 12.) Neque in hoc saeculo, neque in futuro: per quod intelligitur iudicium quod est secundum legem, & futurum. Cum enim lex maledicentem Deum occidi jubeat, in hoc legis secundae excusationem non habet: omnis autem qui baptizatur, extra hoc saeculum fit. Larebat autem Judaeos remissio quae fit per baptismum. Qui ergo miracula, & daemonum ejectionem, quae solum sunt propria Spiritus Sancti, demoni appropriat, nulla excusatio sibi de blasphemiam relinquatur. Sed neque blasphemiam talis, cum sit contra Spiritum Sanctum, remitti videtur: unde exponens subdit: Quoniam dicebant Spiritum habet immundum. Theophylactus (Marc. 3. ad finem Comment.) Est autem intelligendum, quod veniam non consequentur, nisi poeniteant. Cum vero in carnem Christi scandalizabantur, etiam si non poeniterent, aliquid excusationis habebant, & remissionis aliquid consequerentur. Hieronymus. Vel hoc dicit, quia non merebitur poenitentiam agere ut recipiatur qui Christum intelligens, principem

(1) Al. vel Novatus (P. Nicolai Novatianus) non poenitentibus qui &c. (2) Al. transactis quinquaginta trinum saeculorum volutationibus. Ex edit. Nicol. (a) Immo potius Victor Antiochenus Tom. 1. Biblioth. PP. super hunc locum. (b) Sem. 17. cap. 12. (c) Tale aliquid potius habet Victor Antiochenus ubi supra; immo haec eadem paulo alius verbis, quae non occurrunt in Chrysostomi textu.

hic dicitur, quod eum querebant de foris exspectantes: & secundum eandem intentionem esse fratres ejus, & sorores, si voluntatem Patris impleverimus, (1) ut coheredes simus ejus: unde sequitur: Et respondens eis ait: Quae est mater mea, & fratres mei? Hoc autem non dicit, matrem, & fratres omnino reprobando, sed ostendens quod super omnem cognationem temporalem oportet propriam affinitatem praeparare: unde convenienter hoc dicitur his qui vocabant ad propinquorum colloquutionem, quasi ad aliquid utilius quam sit doctrina salutis. Beda (cap. 17. in Marc. inter med. & finem.) Rogatus ergo officio verbi, dissimulat egredi, non maternae refutans obsequium pietatis; sed paternis se mysteriis amplius quam maternis debere monstrat affectibus. Nec injuriose fratres contemnit; sed opus spirituale carnis cognationi praefert, religiosiorem cordium copulam docet esse quam corporum: unde sequitur: Et circumspiciens eos qui in circuitu ejus sedebant dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Chrysostomus. In quo Dominus ostendit quod oportet eos qui fidei sunt propinqui, pra omnibus consanguineis honorare. Jesu quidem aliquis mater efficitur praedicando; quasi enim patris Dominum quem cordi audientis infundit. Hieronymus (in fine

Comment. in 3. cap. Marc.) Scimus autem nospeccantes: & secundum eandem intentionem esse fratres ejus, & sorores, si voluntatem Patris impleverimus, (1) ut coheredes simus ejus: unde sequitur: Qui enim fuerit voluntatem Dei hic frater meus, & soror mea, & mater mea est. Theophylactus (in fine Comm. in 3. cap. Marc.) Non ergo negans matrem hoc dicit, sed ostendens quod non solum digna est honore propria hoc quod genuit Christum, sed propter omnem aliam virtutem. Beda (cap. 17. in Marc. non remore a fine.) Mystice autem mater, & fratres Jesu sunt synagoga, ex cujus carne est editus, & populus Judaeorum, qui salvatore intus docente, venientes intrare nequeunt, cum spiritualiter intelligere dicta nequeunt. Praecipue autem turba ingreditur, quia differente Judaea, gentilias fluxit ad Christum: foris enim stantes volunt Dominum videre, cognati ipsius, cum Judaei se ad custodiam litterae foris fixerunt, & Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire, quam se ad discenda spiritualia consentiunt ingredi. Si ergo foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, quemadmodum nos agnoscemus, si foris stemus? Intus enim est verbum, intus est lumen.

(1) Al. & coheredes. (2) Legit Nicolai forte melius negligunt.

CAPUT IV.

ET iterum cepit docere ad mare; & congregata est ad eum turba multa, ita ut in navim ascendens sederet in mari: & omnis turba circa mare super terram erat: & dicebat eis in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua: Audite: ecce exiit feminas ad seminandum: & dum seminat, aliud cecidit circa viam: & venerunt volucres caeli, & comederunt illud: aliud vero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam; & statim exortum est; quoniam non habebat altitudinem terrae; & quando exortus est sol, exsternavit, & eo quod non habebat radicem, exaruit: & aliud cecidit in spinas, & ascenderunt spinae, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit: & aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem, & crescentem, & afferebat unum triginta, unum sexaginta, & unum centum. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Et cum esset singularis, interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut videntes videant, & non videant; & audientes audiant, & non intelligant, ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolae cognoscetis? Qui seminat, verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam ubi seminat verbum, & cum audierint, confestim venit satanas, & auferit verbum quod seminatum est in cordibus eorum: & hi sunt similiter qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se; sed temporales sunt, deinde orta tribulatione, & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur: & alii sunt qui in spinis seminantur; hi sunt qui verbum audierunt, & arumna saeculi, & deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt; suffocant verbum, & sine fructu efficitur: & hi sunt qui super terram bonam seminat sunt qui audierunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

(b) Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto?

472  
ros? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur, nec factum est occultum quod non veniat in palam. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, retribuetur vobis. Qui enim habet, dabitur illi; & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

(c) Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaceret semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. Ultero enim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

(d) Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei, aut cui parabola comparabimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quae sunt in terra, & cum natum fuerit, ascendit in arborem, & fit majus omnibus olivibus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves Caeli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire; sine parabola autem non loquebatur eis. Secorsum autem discipulis suis differebat omnia.

(e) Erat illis in illa die, cum fero esset factum: Transeamus contra. Et dimittentibus turbam assumunt eum, ita ut erat in navi, & aliae naves erant cum illo. Et facta est procella magna, venti, & fluctus mittebat in navim, & excitant eum, & discunt illi: Magister, non ad te pertinet quia perimus? Er exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutescet. Et cessavit ventus. Et facta est tranquillitas magna. Er ait illis: Quid timidi estis? Necedum habetis fidem? Et timerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas est iste, quia mare, & venti obediunt ei?

(2) **T**heophylactus (in princ. Comm. ad 4. cap. Marc.) Licet Matrem Dominus superius negligere videretur, tamen reverentiam eam: propterea namque egreditur circa mare: unde dicitur: Et iterum cepit Jesus docere ad mare. Beda (cap. 18. in Marc. in princ.) Si enim Evangelium Matthaei inspiciamus, patet hanc doctrinam Domini ad mare eadem die qua superiore in domo celebratum esse sermonem: terminato enim primo sermone continuo subiungit Matthaeus cap. 13. dicens: In illo die, exiens de domo sedebat ad mare. Hieronymus (Marc. 4. in princ. Comm.) Ccepit autem docere ad mare, ut locus docendi indicet auditores amaro fuisse, & instabiles. Beda (cap. 18. ubi supra.) Relicta etiam domo ccepit docere ad mare: quia relictam synagoga ad colligendam per Apostolos populi gentilis multitudinem venit: unde sequitur: Et congregata est ad eum turba multa, ita ut in navim ascendens sederet in mari. Chrysostomus. Quod non sine causa factum oportet intelligi; sed ut post se neminem dimitteret, sed omnes auditores ante faciem haberet. Beda (ubi supra a med. Comment.) Praefigurabat autem haec navis Ecclesiam in medio nationum aedificandam, in qua Dominus dilectam sibi consecrat mansionem.

Sequitur: Et dicebat illis in parabolis multa: Hieronymus (par. a princ. Comment. in cap. 4.) Parabola est rerum natura discrepantium, sub aliqua similitudine facta comparatio: paravoli enim Graeco vocabulo dicitur similitudo, quan-

(1) Al. exiit. noq oibom dui zu, ... (d)

exiit ad seminandum, cum post vocatam ad fidem suam partem synagoga electam, ad vocationem quoque Gentium gratiae suae dona diffudit. Chrysostomus (hom. 45. in Matth. parum ante med.) Sicut autem seminans non discernit terram subiectam; sed simpliciter, & absque discretionis semen mittit; sic & ipse omnes alloquitur: & ad hoc significandum subdit: Et dum seminat, aliud cecidit circa viam. Theophylactus (Marc. 4. super Et dum seminat.) Vide quia non dixit, quod projecit illud in via, sed quia cecidit: qui enim seminat, quantum in se est, in terram bonam projicit; sed illa, si sit mala, corrumpit verbum. Via autem Christus est, infideles autem sunt circa viam, id est extra Christum. Beda (cap. 19. in Marc. non procul a princ.) Vel via est mens (1) sedulo malarum cogitationum motu trita, ne verbi semen in ea germinare sufficiat. Et ideo quidquid boni feminis vicina talis via contingerit, perit, & a demonibus rapitur: unde sequitur: Et venerunt volucres caeli, & comederunt illud. Recte autem daemones volucres caeli dicuntur, sive quia caelestis spiritualisque sunt naturae, sive quia in aere habitant. Vel qui sunt (2) circa viam, sunt negligentes, & desides. Sequitur: Aliud vero cecidit super petrosam. Petram dicit duritiam protervae mentis, terram levitatem animae obedientis, solem fervorem persecutionis ferventis. Altitudo ergo terrae, quae semen Dei debuerat accipere, probitas est animi disciplinis caelestibus exercitati, atque ad obediendum divinis eloquiis (3) regulariter instituti. Petrosa autem loca, quae vim radices suscipiendae non habent, illa sunt praecordia quae dulcedine tantum audiri fermonis, ac promissis caelestibus ad horam delectantur; sed in tempore tentationis recedunt, quia parum est in eis salutaris desiderii, quod semen vitae concipiat. Theophylactus (Marc. 4. super illud, Aliud cecidit.) Vel (4) petrosa sunt qui modicum adhaerentes petrae, id est Christo, in quantum ad tempus verbum recipiunt, postmodum abijcunt recedentes. Sequitur: Et aliud cecidit inter spinas: per quod significantur animae multa curantes: spinarum enim cura sunt. Chrysostomus (hom. 45. in Matth. a med.) Ulterius vero ponit terram bonam, dicens: Et aliud cecidit in terram bonam. Secundum enim conditionem terrae est differentia fructuum. Multa est autem dilectio seminantis ad homines: quoniam & primos commendat, & secundos non

rejecit, & tertius tribuit locum. Theophylactus (hoc loco.) Vide etiam quomodo mali sunt pluri, & pauci qui salvantur: quarta enim pars feminis invenitur salvata. Chrysostomus (ubi supra.) Non tamen major pars feminis occasione amittitur seminantis, sed terrae recipientis, id est animae audientis. Et quidem materialis agricola hoc modo seminando congrue inculeretur: non enim ignorat lapidem, aut viam, aut terram spinosam, terram pinguem non fieri; in rationalibus vero non est sic: petram enim possibile est fieri terram pinguem, & viam non conculcari, & destrui spinas; quod si fieri non posset, non ibi seminaffet. Per hoc ergo nobis tribuit poenitentiae spem.

Sequitur: Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat. (5) Hieronymus (cap. 4. super Qui habet aures.) Quoties haec admonitio in Evangelio, aut in Apocalypsi Joannis interponitur, mysticum hoc quod dicitur, atque ad audiendum, discendumque (6) insinuat. Aures enim audiendi sunt cordis, & sensus interioris aures, obediendi, & faciendi quae iussa sunt.

Sequitur: Et cum esset singularis, interrogabant eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam exponere. Et dicebat eis: Vobis datum est scire mysterium regni Dei; illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. (2) Beda (cap. 19. in Marc.) Quasi diceret: Vos qui estis digni omnia quae ad praedicationem sunt congrua edoceri, parabolarum manifestationem addiscetis. Ad istos autem parabolis usus (7) sum, quia digni non sunt addiscere propter eorum malitiam: qui enim legis quam acceperant, obedientiam non tenebant, iustum fuit ut novi sermonis participationem non haberent; sed ab utroque sint alieni. Ostendit enim per discipulorum obedientiam quod per contrarium indigni facti sunt reliqui mysticae doctrinae. Postea vero inductione vocis propheticae eorum confundo nequitiam tamquam a longe confutatam; unde sequitur: Ut videntes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant; quasi dicat: Ut propheta impleatur quae hoc praedicit. Theophylactus (hoc loco.) Deus enim eos fecit videntes, id est intelligentes bonum; quasi dicat: Ut propheta impleatur quae hoc praedicit. Theophylactus (hoc loco.) Deus enim eos fecit videntes, id est intelligentes bonum; ipsi vero non vident, voluntarie (8) se fingentes non videre, ne convertantur, & corrigant se, tamquam suae salutis invidenter.

Sequitur: Ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata. Chrysostomus (hom. 56. in

D 6

Matth.)

(1) Nicolai habet alsiduoi. (2) Al. circa viam suam negligentes, &c. (3) Al. regularibus. (4) Al. petrosi. (5) Editio Vanica Nicolini haec ad marginem notat. Beda idem habet cap. 19. in Marc. cui Nicolai consentit apponendo pro Hieronymo indicem Beda. (6) Nicolai optime apponit salubre. (7) Al. versus sum. (8) Al. fugientes. Ex edit. P. Nicol. (a) Chrysostomus.

Matth. Sic ergo vident, & non vident, audiunt, & non intelligunt: quod enim vident, & audiunt, contingit eis ex gratia Dei; sed quod vident, & non intelligunt, contingit eis, quia gratiam recipere nolunt, sed oculos claudunt, & fingunt se non videre, neque dictis acquiescunt; & sic à peccatis non mutantur per hoc quod vident, & audiunt, sed contrarium patiuntur. *Theophylactus* (hoc loco.) Vel potest aliter intelligi, quod reliquis loquebatur in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Deus enim dat visum, & intellectum his qui petunt, reliquos autem obcaecat, ne in majorem redargutionem sit eis, quod cum intelligerent, noluerunt facere quae oportet: unde sequitur: *Ne quando convertantur, & dimittantur eis peccata.* *Augustinus* de Quæst. Evang. (a) Vel hoc intelliguntur peccatis suis meruisse, ut non intelligerent; & tamen hoc ipsum misericorditer eis est factum ut peccata sua cognoscerent, & conversi veniam mererentur. (1) *Beda* (cap. 19. in Marc. parum à med.) Illis ergo qui foris sunt, in parabolis omnia sunt, & facta scilicet, & verba Salvatoris: quod neque in his quae operabatur virtutibus, neque in his quae praedicabat arcanis eum cognoscere Deum valent; ideoque ad remissionem peccatorum attingere non valent. *Chrysostomus*. (2) Quod autem non loquebatur eis, nisi in parabolis, nec omnino loqui desistebat, demonstrat quod his qui bono propinqui sunt, est in seipsis bonum non habeant, occultum tamen eis ostenditur. Cum autem aliquis cum reverentia, ac recto corde accedit, occultorum revelationem consequitur abundanter; cum autem non sana sentit, nec his quae multis facilia sunt dignus fiet, nec etiam eorum auditu.

Sequitur: *Et ait illis: Nescitis parabolam hanc: Et quemodo omnes parabolae cognoscitis?* *Hieronymus* (Marc. 4. in primo Comm.) Oportebat siquidem ut illi quibus in parabolis loquebatur, requirerent quod non intelligerent, & per Apostolos, quos contemptos habebant, discerent mysterium regni, quod ipsi non habebant. *Glossa*. (b) Et ideo Dominus haec dicens, ostendit oportere eos & hanc primam, & omnes consequentes parabolae intelligere: propter quod exponens subdit: *Qui seminatur, verbum seminatur.* *Chrysostomus* (hom. 45. in Matth. à medio.) Et quidem Propheta doctrinam populi plantationi

(1) *Al. Hieronymus, quem habet etiam Nicolai.* (2) *Et hic ad marginem supra citate editionis Venetae legitur: Hæc habet Beda ubi supra.* (3) *Al. hoc veræ seminatiois.* (4) *Al. si.* (5) *Al. omittitur qui.* (6) *Al. ad cor. Legit P. Nicolai Quia dum bonum desiderium ad cor intrare, &c.* (7) *Al. desit in, sicut etiam infra in triginta.*

EX EDIT. P. NICOL. (a) Sive in libro Qq. super Matthæum, vel ex Matthæo, quæst. 14.  
(b) Nihil tale in Glossa quæ nunc extat.

cum cælestis regni præmia demonstrat: centum namque computando in dexteram transferuntur: unde recte in significatione ponuntur perpetuæ beatitudinis. Terra autem bona est electorum conscientia, quæ omnibus prædictis tribus terris contraria facit: quia & commendatum sibi semen verbi libenter excipit, & exceptum inter adversa, & prospera, constantiter ad fructum usque (1) tempora conservat. *Hieronymus* (Marc. 4. al. à princ. Com.) Vel fructus terræ (2) in triginta, & sexaginta, & centum continetur; hoc est lege, & prophetia, & Evangelio.

(b) *Chrysostomus*. Post interrogationem discipulorum de parabola, ac explanationem, bene subjungit: *Et dicebat illis: Numquid venit lucerna ad sub modio ponatur, aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur?* quasi dicat: Propter hoc parabola dicta est, non ut immanifesta maneat, aut occulta, tamquam sub modio, aut sub lecto, sed ut dignis manifestetur. Lucerna in nobis est intellectualis natura, quæ secundum proportionem illuminationis, aut clare apparet, aut obscure. Si enim meditationes, quæ nutriunt lumen, ac recordationes, in quibus lucerna talis accenditur, negliguntur, mox extinguuntur. *Hieronymus* (Marc. 4. super *Numquid venit lucerna.*) Vel lucerna verbum est de tribus feminibus; modius, aut lectus, auditus est (3) inobedientium; candelabrum Apostolorum sunt, quos illuminavit Verbum Dei: unde sequitur: *Non est enim aliquid absconditum.* Absconditum & occultum parabola feminis est; in palam vero venit, dum à Domino tractatur. (4) *Theophylactus* (Marc. 4. circa med. Com.) Vel hic Dominus discipulos monet lucidos esse secundum vitam, & conversationem; quasi dicat: Sicut lucerna ad lucendum ponitur, sic ad vitam vestram omnes (5) respicient. Itaque studete bonam vitam habere, & non in angulis sedetis; sed lucerna estote: lucerna enim non sub lecto, sed supra candelabrum posita lucet. Quam quidem lucernam necesse est ponere super candelabrum, id est in altitudine conversationis, quæ secundum Deum est, ut & aliis lucere valeat: *non sub modio*, id est circa gulam; *neque sub lecto*, id est otio; nemo enim qui ecclis studet, & requiem diligit, potest esse lucerna omnibus lucens. (6) *Beda* (cap. 20. Marc. paulo à princ.) Vel quia tempus vitæ nostræ sub certa divina provisionis mensura continetur, recte modio comparatur: lectus vero animæ corpus est, in quo temporali-ter habitans quiescit. Qui ergo amore vitæ tem-

poralis, & illecebrarum carnalium occultat verbum Dei, modio, vel lecto lucernam operit; supra candelabrum autem ponit lucernam qui corpus suum ministerio verbi Dei subjicit: unde his (7) verbis typice figuram docet praedicandi: unde sequitur: *Non enim aliquid est absconditum quod non reveletur, neque factum est occultum quod non in palam veniat;* quasi dicat: Nolite erubescere Evangelium, sed inter tenebras persecutorum, lumen verbi Dei supra corporis vestri candelabrum levate, fixa mente retinentes illum diem quo illuminabit Deus abscondita tenebrarum: tunc enim & vos laus, & adversarios poena manet æterna. *Chrysostomus* (a) Vel aliter. *Non est aliquid absconditum;* quasi dicat: Si vos cum diligentia vitam duxeritis, accusationes lucernam vestram non poterunt obumbrare. *Theophylactus* (Marc. 4. post med. Com.) Unusquisque enim nostrum seu bonum aliquid, seu malum in præterito fecerit, manifestatur in præsentem, & multo magis in futuro. Quid enim est Deo occultius? Sed tamen & ipse manifestatus est in carne.

Sequitur: *Si quis habet aures audiendi audiatur.* *Beda* (cap. 20. in Marc. super *Qui habet aures audiendi.*) Id est, si quis habet sensum intelligendi verbum Dei, non se subtrahat, non auditum ad fabulas convertat; sed his quæ veritas dixit, accommodet aures scrutandi, manus implendi, linguam prædicandi.

Sequitur: *Et dicebat illis: Videte quid audiatis.* *Theophylactus* (Marc. 4. in med. Com.) Ut scilicet nihil eorum quæ vobis à me dicuntur subterfugatis. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis;* id est quantumlibet mensuram intentionis introduceris, tantam recipietis utilitatem. *Beda* (sup. *In qua mensura mensi fueritis.*) Vel aliter. Si soleriter omnia quæ valetis, bona facere, ac proximis intimare studueritis; aderit divina pietas, quæ vobis & in præsentem sensum altiora capiendi, ac potiora gerendi (8) affectum conferet, & in futuro æternam retributionem adjiciet; & ideo subditur: *Et adjicietur vobis.* *Hieronymus* (ubi supra.) Vel aliter. Secundum mensuram fidei unicuique dividuntur intelligentia mysteriorum, & scientiæ etiam adjiciuntur virtutes. Sequitur: *Qui enim habet, dabitur ei;* id est, qui fidem habet, habebit virtutem; & qui habet opus verbi, habebit intelligentiam mysterii; & qui non habet contra fidem, deficit virtute; & qui non habet opus verbi, ejus intelligentia caret; & qui non intelligit

(1) *Al. ad tempora.* (2) *Al. in trigesimo, sexagesimo, & centesimo.* (3) *Al. inobedientiam.* (4) *Al. Beda.* (5) *Al. insipientem.* (6) *Al. Theophylactus.* (7) *Al. desit verbis.* (8) *Al. effectum.*  
EX EDIT. P. NICOL. (a) Hom. 15. in Matth. ut & Victor Antiochenus tom. 1. Biblioth. h. PP.

git, jam audiram perdidit. *Chrysoſtomus* (hom. 31. in opere imp. ſuper Matth. prope fin.) Vel aliter. *Qui habet*, ſcilicet affectum, & voluntatem audiendi, & petendi, *habitur ei; qui vero non habet*, divini auditus deſiderium, *Et quod contigit habere*, ſcripte legis, *auſeretur ab eo.* *Beda* (cap. 20. in Marc. paulo ante med.) Nonnumquam enim lector ingenioſus negligendo ſe, privat ſe ſapientia, quam tardus ingenio, ſtudioſius elaborando deguſtat. *Chryſoſtomus* (a) Potest autem non habet, quod non habet, quia veritatem non habet. (1) Dicit autem, *Quod habet*, propter hoc quod mendacium habet: putat enim aliquid ſe habere, qui mendacis intellectus exiſtit.

(c) *Chryſoſtomus*. Poſuit ſupra parabolam de tribus feminibus diverſimode perditis, & uno ſalvato, cuius ſecundum proportionem fidei, & operationis, tres differentias oſtendit: hic vero parabolam ponit ſolum de ſalvatis: unde dicit: *Et dicebat: Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi homo jaceret ſemen in terram.* *Hieronymus* (ſup. *Sic eſt regnum Dei.*) Regnum Dei Eccleſia eſt, quæ regitur à Deo, & ipſa regit homines, & contrarias virtutes, & vitia calcit. *Chryſoſtomus* (b) Vel regnum Dei dicit fidem, quæ eſt in ipſum, ac diſpenſationem humanitatis: quod quidem regnum eſt ſicut ſi jaciatur (2) ſementem homo: ipſe enim, exiſtens Deus, & Dei Filius, homo incommutabiliter factus pro nobis, terram feminavit; ideſt, totum mundum verbo divinx cognitionis illuminavit; *Hieronymus* (ubi ſupra.) Semen enim verbum vitæ eſt; terra corda humana; & dormitio hominis mors eſt Salvatoris. Exurgit ſemen nocte, ac die; quia poſt ſonnum Chriſti, numerus credentium per adverſa, & proſpera magis magisque (3) germinavit in fide, & crevit in opere. *Chryſoſtomus* (4) Vel exurgit ipſe Chriſtus, qui ſedebat expectans per longanimitatem, quod recipientes ſemen, fructificarent. Surgit autem, ideſt benevolentia ſua verbo ad fructificationem nos erigens per arma juſtiæ à dextris, quibus ſignificatur dies, & à ſiniſtris, quibus ſignificatur nox perfectionum: per hæc enim ſemen germinat, nec areſcit. *Theophylactus* ( hoc loco.) Vel aliter, Chriſtus dor-

(1) *Al. deſt.* Dicit autem, *Quod habet*. (2) *Al. deſt.* ſementem. (3) *Al.* germinabat.

(4) *Memorata editio Nicolini notat in margine:* Theophylactus hæc habet in Commentario hujus loci. (5) *Al. Theophylactus.* (6) *Al.* mittitur eſt.

Ex edit. P. NICOL. (a) Non occurrit in Chryſoſtomo nec hom. 46. in Matth. nec hom. 31. Operis imperf. ubi ſimilem locum ex Matth. 13. tractat, ut nec in ipſis Commentariis Marci ei perperam attribuitis hic locus expenditur; ſed nec proxime ſequentia eodem occurrunt. (b) Immo poſitus, ut Gloſſa ipſa refert, Victor Antiochenus tom. 1. Biblioth. PP. in hunc locum; nec occurrit in Chryſoſtomo; ut nec alius locus infra notatus, qui ruruſ ex Victore colligi poteſt, & ex Theophylacto, verbis paululum immutatis. (c) Vel Victor Antiochenus. (d) Non occurrit in Chryſoſtomo quæ ſequuntur, ſed deſumuntur ex Victore Antiocheno. (e) Hom. 14. ſuper Ezechiel.

quieſcit; nocte vero exurgit, ac die, quia inter adverſa, & proſpera proſicit, (1) dum ille neſcit qui adhuc metri incrementa ſua non valet, & tamen concepta virtus (2) ad perfectum ducitur. Cum igitur deſideria bona incipimus, ſemen in terram mittimus; cum recte operari incipimus, herba ſumus; cum (3) ad profectum boni operis creſcimus, ad ſpicam pervenimus; cum in ejuſdem operis perfectione ſolidamur, jam plenum frumentum in ſpica proferimus.

(d) (a) *Gloſſa* Poſquam poſuit parabolam de fructificatione ſeminis Evangelii, hic ſubjungit aliam parabolam ad oſtendendam excellentiam doctrinæ evangelicæ ad omnes alias doctrinas: unde dicitur: *Et dicebat: Cui aſtimulamus regnum Dei? Theophylactus* (Marc. 4. a med. Com.) Parviſſimum quidem eſt fidel verbum. Crede in Deum, & ſalvus eris. Sed (4) ſparſa ſuper terram prædicatio dilata eſt, & augmentata, ita ut cæli volatilia, ideſt contemplativi homines, & alti intellectu, & cognitione, ſub eo habitent. Quanti enim ſapientes Gentilium relinquentes ſapientiam, ſub prædicatione Evangelii requieverunt? Omnium igitur major prædicatio facta eſt. *Chryſoſtomus*:

(b) Et etiam quia quod fuit hominibus in brevibus ſermonibus nuntiata, ſapientia quæ inter perfectos dicitur, dilatavit ſuper omnes ſermones: quia nihil majus eſt hæc veritate. *Theophylactus* (ubi ſupra.) Ramos autem magnos fecit: quidam enim Apoſolorum in Romam; & quidam in Indiam, & quidam in alias terras partes ſunt diviſi, ſicut rami. *Hieronymus*. Vel ſemen iſtud minimum eſt timore, magnum autem in caritate; quæ eſt major omnibus olivibus, quia Deus caritas eſt, & omnis caro ſenum. Fecit autem ramos miſericordiæ, & compaſſionis, cum ſub umbra pauperes Chriſti, qui ſunt cæli animalia, delectantur habitare. *Beda* (cap. 20. in Marc.) Homo autem qui ſeminat à peritæ Salvator ipſe intelligitur, ab aliis autem ipſe homo feminans in corde ſuo. *Chryſoſtomus*. Poſtea vero Marcus brevitate gaudens, oſtendens parabolam naturam, ſubjungit: *Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout poterant audire.* *Theophylactus* (Marc. 4. S. Thom. Oper. Tom. VIII.

ſuper illud, *Sine parabola non loquebatur.*) Quoniam enim turbæ erant indoctæ, & comiculilibus, & convulſis nominalibus inſtruit eas; & propter hoc ſubdit: *Sine parabola autem non loquebatur eis;* ut ſcilicet moverentur ad accedendum; & interrogandam. Sequitur: *ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia;* ſcilicet de quibus interrogabant ut ignorantes, non ſimpliciter omnia tam manifeſta, quam immanifeſta. *Hieronymus* (ſuper *ſeorſum autem diſcipulis.*) Illi enim digni erant ſeorſum audire myſteria in penetrati, in timore ſapientiæ qui remoti à cogitationum malarum tumultibus in ſolitudine virtutum permancbant: ſapientia enim in tempore otii percipitur.

(c) *Hieronymus* ( ibidem.) Poſt doctrinam dehinc ad mare venerunt, & ſuctibus turbantur: unde dicitur: *Et ait illis in illa die, cum ſero eſſet factum: Triſtamis contra Remigius.* Tria enim legitur Dominus habuiſſe reſugia, ſcilicet navis moniſti, & deſerti; quoties à turbis comprimebatur, ad aliquod iſtorum reſugiebat. Cum ergo vidit Dominus turbas multas circa ſe, earum importunitatem quaſi homo volens declinare, juſſit diſcipulos ſuos tranſire.

Sequitur: *Et dimittentes turbam, aſſumunt eum, ita ut erat in navis.* *Chryſoſtomus*. (3) Diſcipulos quidem aſſumpſit Dominus, ut viſores fierent futuri miraculi; ſed ſolum ipſos aſſumit, ne alii cognocerent ipſos eſſe tam modicæ fidei; unde ad oſtendendum quod ſeparatim alii tranſirebant, ſubjungit: *Et alie navis erant cum illo.* Ne autem ſuperbirent diſcipuli, quod eos ſolos aſſumpſerat, periclitari eos permittit: & ut etiam per hoc diſcerent tentationes viriliter ſuſtinere: unde ſequitur: *Et facta eſt procella magna.* Ut autem futuri miraculi majorem eis imprimat ſenſum, dat tempus timori, dormiendo: unde ſequitur: *Et erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens.* Si enim vigilaret, aut non timuiſſent, neque rogaſſent tempeſtate orta, aut cum aliquid tollere non putarent. *Theophylactus*. Dimiſit ergo eos incidere in timorem periclitationis, ut ejus virtutem in ſeiſiſ cognocerent; qui alios ab eo beneficiatos videbant. Dormiebat autem ſuper cervical navis

E 6 lig

(1) P. Nicolajus poſt verbum proſicit habet ſemen germinat, dum ille neſcit: quia dum adhuc metiri &c. (2) Al. ad profectum dicitur. (3) Al. ad perfectum. (4) Nicolaj ſparſim.

Ex edit. P. NICOL. (a) *Chryſoſtomus*. (b) Nec in illo, nec in Victore Antiocheno, nec in Theophylacto reperitur, vel in hunc locum, vel in Matth. 13. ubi eadem parabola grani ſinapis deſcribitur. (c) Nihil tale in Chryſoſtomo, nec hom. 5. in Matth. ubi hoc ipſum commentatur, nec in hunc Marci locum, ubi nullum ipſius Commentarium extat; ſed ex Theophylacto, & Victore Antiocheno colligitur.

ligneam liquidam. *Chrysoſtomus*. (1) (a) Offendens suam humilitatem, & ex hoc multam sapientiam docens. Nondum autem discipuli, qui circa eum exiſtebant ejus gloriam cognoſcebant: & quidem quod ſurgens poterat vepis imperare credebant, ſed quod quieſcens, ſeu dormiens nequaquam: & ideo ſequitur: *Et excitavit eum, & dicit ei: Magiſter, non ad te perinet, quia perimus?* *Theophylactus* (Mar. 4. circ. ſinem Comment.) Ipſe autem exurgens, comminatur primo quidem vento, qui maristempeſtatem, & fluctus faciebat; & hoc eſt quod ſubditur: *Et exurgens comminatus eſt vento;* deinde præcipit mari: unde ſequitur: *Et dixit mari: Tace, obmuteſce.* *Gloſſa*. (b) Ex commotione enim maris quidam ſonitus conſurgit, qui videtur eſſe quadam maris locutio. periculum comminantis; & ideo convenienter ſub quadam metaphora tranquillitatem imperat taciturnitatis vocabulo; ſicut & in cohibitione ventorum, qui ſua violentia mare conturbant, comminationem nominavit. Solent enim poteſtatem habentes, eos qui violentia pacem hominum conturbant, comminatione pœnarum reſrenare. Per hoc ergo datur intelligi quod ſicut Rex aliquis poteſt comminatione violentos comprimere, & ſuis edictis murmur ſubjecti populi mitigare; ita Chriſtus Rex univerſe creaturæ exiſtens, ſua comminatione ventorum cohibuit violentiam, & mari taciturnitatem indixit; & ſtatim eſt effectus ſecutus: ſequitur enim: *Et ceſſavit ventus,* cui ſcilicet fuerat comminatus, & facta eſt tranquillitas magna; ſcilicet in mari, cui taciturnitatem indixerat. *Theophylactus* (Mar. 4. circa ſinem Comment.) Comminatus eſt etiam & diſcipulis tamquam fidem non habentibus; ſequitur enim: *Et ait illis: Quid timidi eſtis? Necdum habetis fidem?* Si enim habuiſſent fidem, credidiſſent quod etiam dormiens ſervare eos potuiſſet incolumes. Sequitur: *Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis putas eſt iſte, quia venti, & mare obediunt ei?* Etenim dubie habebant ſe erga eum: in quantum enim iuſſu mare placavit, non baculo, ut Moyses, non precibus, ut Eliſeus Jordanem, neque arca, ut Jeſus Nave. (2) ſecundum hoc vero Deus eis videbatur, ſecundum vero quod dormiebat, homo. *Hieronymus* (ſuper *Et erat ipſe in puppi*) Myſice vero puppis Eccleſiæ eſt ini-

tium, in qua Dominus corporaliter dormit, quia nunquam dormit qui cuſtodit Iſrael; puppi enim mortuis pellibus vivos continet, & fluctus arceret, & ligno ſolidatur; id eſt, cruce, & morte Domini Eccleſia ſalvatur. Cervical corpus Domini eſt, cui divinitas ſicut caput inclinata eſt. Ventus autem, & mare, dæmones, & perſecutores ſunt; quibus dicitur, *Tace*, quando compeſcit edicta Regum iniquorum, ut voluerit. Tranquillitas magna eſt pax Eccleſiæ poſt preſſuram, ſive theorica poſt vitam activam. *Beda* (cap. 21. in Mar. circa princ.) Vel navicula quam aſcendit, paſſionis arbor intelligitur, per quam ſideles ad (3) ſecuritatem ſecuri litoris perveniunt. Aliæ naves quæ fuiſſe dicuntur cum Domino, illos ſignificant qui fide dominicæ crucis imbuti ſunt, non tamen turbine tribulationum pulſati; vel poſt tentationum procellas ſerenitate pacis utuntur. Diſcipulis autem navigantibus Chriſtus obdormivit, quia fidelibus futuri regni quietem meditantibus, tempus dominicæ paſſionis advenit; unde hoc ſero factum fuiſſe perhibetur, ut (4) veri ſolis deſcendentis lucis hora ſignificet. Aſcendente autem illo in puppi crucis, fluctus blaſphemantium perſecutorum aſſurgunt dæmoniaci excitati procellis; quibus tamen non ipſius patientia turbatur, ſed diſcipulorum imbecillitas concutitur. Excitant autem diſcipuli Dominum: quia cujus morem viderant, maximis votis reſurrectionem quaerebant. Vento exurgens comminatus eſt: quia reſurrectione celebrata, diaboli ſuperbiam ſtravit. Mare ſilere præcepit quia Judæorum rabiem reſurgendo deſecit. Diſcipuli autem arguuntur; quia poſt reſurrectionem exprobravit eis incredulitatem eorum. Et nos quoque cum ſigno dominicæ crucis imbuti ſæculum relinquere diſponimus, navem cum Jeſu conſcendimus, mare tranſire conamur; ſed nobis navigantibus inter æquoris fremitus obdormit, quando inter medios virtutum uſus, vel immundorum ſpiruum, vel hominum pravorum, vel ipſarum noſtrarum cogitationum impetus, amoris flamma refrigerat. Verum inter hujusmodi procellas illum ſedulo excitemus: mox tempeſtatem compeſcet, reſundet tranquillitatem, portum ſalutis indulgebit.

(1) Ad marginem Venete Nicolini editionis hæc notantur. Homil. 29. in Matth. aliquid hujusmodi haberi. (2) *Al.* ſed hoc. (3) *Al.* forte ſtabilitatem. (4) *Al.* deſt. veri.  
*Ex. edit. P. Nicol.* (a) Quod ſubjungitur ex Chryſoſtomo, iterum ex Victore Antiocheno Gloſſa reſert, eſt ultimarum appendicem non eodem renore habet Victor; nec omnino in Chryſoſtomo reperitur, niſi quantum ad initium ſolum, quod indicatur hom. 29. in Matth. (b) Nec tale quidquam omnino habet Gloſſa, ut nec alibi uſquam occurrit.

(a) **E**T venerunt trans fretum maris in regionem Gerazenorum. Et exiit ei de navibus in monumentis: & neque catenis jam quiſquam poterat eum ligare, quoniam ſæpe compediſſet, & catenis vinctus dirupit. catenas, & compedes communiſſet; & nemo poterat eum domare. Et ſemper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans: & concidens ſe lapidibus. Videns autem Jeſum à longe, cucurrit, & adoravit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi Jeſu Filii Dei altiſſimi? Adjuvato te per Deum ne me torques. Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus. Et deprecabatur eum multum ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens in agris: & deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mirte nos in porcos, ut in eos introeamus. Et conſeſit eis ſtatim Jeſus. Et exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos; & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari. Qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factum; & veniunt ad Jeſum, & vident illum qui à dæmonio vexatus fuerat: ſedentem veſtitum, & ſana mentis; & timerunt. Et narraverunt illis quid viderant qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum ut diſcederet de ſiſibus eorum. Cumque aſcenderet navim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, ut eſſet cum illo: & non admittit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos: & annuntia illis quantum tibi Dominus fecerit, & miſeratus ſit tui. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet Jeſus; & omnes mirabantur.

(b) Et cum aſcendiſſet Jeſus in navi rursus trans fretum, convenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et venit quidam de archiſynagogis, nomine Jairus, & videns eum prociſit ad pedes ejus, & deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis eſt, veni impone manum tuam ſuper eam, ut ſalva ſit, & vivat. Et abiit cum illo, & ſequabatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in proſuſio ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à compluribus medicis, & erogaverat omnia ſua, nec quiſquam profecerat, ſed magis deterius habebat, cum audiſſet de Jeſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus. Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero. Et conſeſſum ſiccarus eſt ſons ſanguinis ejus, & ſenſit corpore quia ſanata eſſet plaga: Et ſtatim Jeſus cognoscens in ſemetipſo virtutem quæ exierat de illo, converſus ad turbam æbebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? Et circumſpicebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier vero timens, & tremens ſciens quod factum eſſet in ſe, venit, & prociſit ante eum, & dixit omnem veritatem. Jeſus autem dixit ei: Filia, fides tua te ſalvavit: vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.

(c) Adhuc eo loquente, veniunt nuntii ad Archiſynagogum dicentes: Quia filia tua mortua eſt, quid ultra vexas Magiſtrum? Jeſus autem audito verbo quod dicebant: ait Archiſynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admittit quemquam ſequi ſe, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi. Et veniunt in domum Archiſynagogi, & vident tumultum, & ſentes, & ejulantes multum. Et ingreſſus ait illis. Quid turbamini, & ploratis? Puella non eſt mortua, ſed dormit. Et iridebant eum. Ipſe vero ejeſtis omnibus, aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur ubi puella erat jacens, & tenens manum puellæ, ait illi: Thabitha cumi, quod eſt interpretatum, Puella, tibi dico, ſurge. Et conſeſſum ſurrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer, ut nemo id ſciret. Et juſſit illi dari manducare.

(a) **T**heophylactus. (in princ. Comment. in 5. cap.) Quia qui in navicula eſſe Filium Dei: ad quod narrandum Evangelista (1) accedens, dicit: *Et venerunt trans fretum maris, in regionem Gerazenorum.* *Beda* (cap. 21.

(1) *Al.* accedit dicens.  
 (2) Quod ex Chryſoſtomo. (3) Quod ex Chryſoſtomo.

21. in Mar. in princ.) Geraza est urbs insignis Arabie trans Jordanem, juxta montem Galaad, quam tenuit tribus Manasse, non longe à stagno Tiberiadis, in quod porci præcipitati sunt. *Chrysofomus*. (a) Sed tamen (1) neque Gadarenorum, neque Gerazenorum exquisita Scriptura continet, sed (2) Gergesinorum. (3) Gadara enim civitas est Judææ, (4) cui prope adjacet stagnum, & nullo modo mare; Geraza vero Arabiæ civitas est, neque mare, neque stagnum proximum habens. Et ne tam evidens mendacium Evangelistæ dixisse videatur, viri tam diligenter scientes ea quæ circa Judæam erant; Gergesa quidem, à qua Gergesini (5) dicti, antiqua (6) civitas fuit, juxta eam quæ nunc Tiberias appellatur, circa quam præcipuum est circumpositum stagnum.

Sequitur: *Et exiit ei de navi, statim occurrente de monumentis homo.* *Augustinus* de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 24.) Cum Matthæus dicat duos fuisse, Marcus, & Lucas unum commemorant, ut intelligas unum eorum fuisse personæ alicujus clarioris, quem regio illa maxime dolebat. *Chrysofomus* (hom. 29. in Matth. ante medium.) Vel (7) videtur quod Marcus, & Lucas illud quod erat miserabilis narraverunt; & propter hoc diffusius quod illi contigerat enarrant: sequitur enim: *Et neque catenis jam quisquam poterat eum ligare.* Dixērunt ergo simpliciter dæmoniacum, numerum non querendo; vel ut virtutem majorem ostenderent operantis: nam qui unum talem curaverat, non erat ei impossibile multos alios curare. Nec tamen hic dissonantia demonstratur: non enim dixerunt, quod unus solus erat; quod si dixissent, Matthæo contradicere viderentur. Habitabant autem in monumentis dæmones, erroneum dogma multis volentes (8) immittere, quod decedentium animæ in dæmones convertebantur. *Gregorius* Nisenus. Paraverat autem se cætus dæmonum ad resistendum divinæ potestati. Cum autem appropinquaret qui potestatem habet super omnia, exclamant eminentem ejus virtutem: unde sequitur: *Videns autem Jesum à longe, cucurrit, & adoravit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi Jesu Fili Dei altissimi?* (9) *Cyrillus.* Vide dæmonem duplici passione divinum, audacia, & timore: reluctatur, & orat:

- (1) *Al.* neque Gerazinorum, neque Gerazinorum. (2) *Al.* Gerginorum, item Gergesinorum. (3) *Al.* Garaza. (4) *Al.* cui præceps adjacet: item civitas est Judææ, & nequaquam in ea est mare. (5) *Al.* omittitur dicti. (6) *Al.* civitas fuit, nunc Tiberias nuncupata. (7) *Al.* deest Vel. (8) *Al.* mittere. (9) *Al.* *Chrysofomus*: & sic habet *Nicolai*. (10) *Al.* dæmonia à læsione. (11) *Al.* sciret.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo Victor Antiochenus Tom. 1. Biblioth. PP. in hunc locum. (b) Eadem quoque partim Victor Antiochenus, partim Theophylactus insinuat, & expressius quam Chrysofomus. (c) Quod ex Cyrillo notatur non occurrit.

quasi quæstionem aliquam intentans; vult scire quid sibi, & Jesu commune: quasi dicat: Quæ de causa ejicis me ab hominibus, cum sint mei? *Beda* (cap. 21. in Mar. super *Quid mihi, & tibi Jesus?*) Quæ autem impietas est Judæorum eum dicere in principe demoniorum ejecisse dæmonia quem & ipsa dæmonia fatentur nihil se cum habere commune? *Cyrillus.* Deinde orans subjungit: *Adjuro te per Deum, ne me torquas:* emissionem enim reputabat tormentum; vel etiam invisibiliter torquebatur. *Chrysofomus* (b) (hom. 29. in Matth. super „ Venisti ante tempus perdere. “) Quamvis enim mali sint dæmones, sciunt tamen quod ipsos propter peccata expectat ultimo aliqua poena: quia vero nondum eis tempus ultimæ poenæ advenerat, firmissime cognoscebant; maxime cum permissum esset eis, hominibus committeri. Sed quia Christus comprehenderat eos tanta mala perpetrare, putabant, quod propter factorum excessum, ultimum punitionis tempus minime expectarent; propter hoc supplicat ne torqueantur. *Beda* (cap. 21. in Mar. super *Adjuro te ne me torquas.*) Magnum enim tormentum est (10) dæmoni à læsione hominis cessare; & tanto dimittit gravius, quanto possidet durius: sequitur enim: *Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto.* *Cyrillus.* (c) Attendas inepugnabilem virtutem Christi: conquassat satanam, cui verba Christi sunt ignis & flamma: secundum quod Psalmista dicit Psal. 96. „ *Lites facti sunt montes à facie Dei, idest sublimes, & superbæ virtutes.*

Sequitur: *Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est?* *Theophylactus* (Mar. 4. super *Quod tibi nomen est?*) Interrogat quidem Dominus, non ut ipse sciret; sed ut ceteris sciant multitudinem habitantium dæmonum. *Chrysofomus.* Ne si ipse diceret, quod multi sunt, incredibile (11) fieret. Vult ergo quod ipsi constentur, quod multi erant: unde sequitur: *Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Non dicit determinatum numerum, sed multitudinem: non enim prodest ad scientiam exquisitio numeri. *Beda* (cap. 21. in Mar. ibidem.) Confessa autem publice peste, quam furens tolerabat, virtus curantis gratior apparet. Sed & nostri temporis sacerdotes, qui per exorcismi gratiam ejicere norunt, solent,

lent dicere, patientes non aliter valere curari, quantum sapere possunt, omne quod ab immundis spiritibus visum, auditum, gustum, tactum, vel alio quolibet corporis, aut animi sensu vigilantes, dormientive pertulerint, confitendo patienter exponant.

Sequitur: *Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extraregionem.* *Chrysofomus*. (a) (1) Aut, ut *Lucas* dicit, in abyssum: abyssus enim est separatio hujus mundi: promerentur enim dæmones mitti ad tenebras exteriores, diabolo, & suis angelis preparatas. Hoc autem Christus facere poterat; permisit tamen eos in hac terra esse, ne absentia tentatoris homines corona victoria privaret. *Theophylactus* (Mar. 5. super *Mitte nos in porcos.*) Et ut nobiscum pugnantes, nos peritiores constituant.

Sequitur: *Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens.* *Augustinus* de Concor. Evang. (Lib. 2. cap. 24.) Quod hic dicitur Marcus circa montes fuisse gregem; *Lucas* autem in monte, nihil repugnat: grex enim porcorum tam magnus fuit ut aliquid ejus esset in monte, & aliquid circa montem.

Sequitur: *Et deprecabatur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.* *Remigius* super *Matth.* Idcirco autem intraverunt in porcos non sponte, sed petierunt ut eis concederetur, ut demonstraretur quia non possunt nocere hominibus, nisi permissione divina. Ideo autem non petierunt mitti in homines; quia illum cuius virtute torquebantur, humanam speciem gestare videbant; nec petierunt ut in pecora mitterentur, quia velut munda animalia in templo Dei offerebantur. Petierunt ut in porcos mitterentur, quia nullum animal est immundius porco & dæmones semper in spurcitiis delectantur.

Sequitur: *Et concessit eis statim Jesus.* *Beda* (cap. 21. in Mar.) Ideo quidem permisit ut per interfectionem porcorum hominibus salutis occasio præberetur. *Chrysofomus* (b) (homil. 29. in *Matth.*) Volens furiam quam contra homines habent dæmones, omnibus demonstrare, & quod multo pejora vellent hominibus insigere, si possent virtute (2) non impediri divina. Et quia in hominibus hanc demonstrationem fieri ejus pietas non ferebat, ipsos in porcos intrare permisit in illis virtus, & furor dæmonum videatur.

*S. Thom. Oper. Tom. VIII.*

(1) *Al.* Lucas autem dicit, In abyssum. (2) *Al.* non impediri. (3) *Al.* sua regio. (4) *Al.* præcepit.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo Victor Antiochenus Tom. 1. Biblioth. PP. ut jam supra; & eadem quoad posteriorem appendicem Theophylactus habet paulo aliis verbis. (b) Et hæc etiam expressius tum ex Theophylacto, tum ex Victore Antiocheno colligitur; quamvis insinuat in Chrysofomo in *Matth.* super 8. cap. hom. 39. (c) Bostrensis in *Matth.* (d) Non occurrit in Chrysofomo, nec alibi.

Sequitur: *Et exiens spiritus immundi introierunt in porcos.* *Titus.* (c) Fugam autem arripuerunt pastores, ne cum porcis perirent; & hujusmodi terrorem civibus intulerunt: unde sequitur: *Qui autem pascebant eos &c.* Illos ad Salvatore adduxit damni necessitas: frequenter enim cum Deus homines damnet in rebus possessis, confert beneficium animabus: unde sequitur: *Eveniunt ad Jesum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur sedentem, scilicet juxta pedes à quibus nactus erat salutem, quem antea nec caenæ compescere poterant; vestitum; & sana mentis; qui continuo nudus erat; & obstupuerunt: unde sequitur: Et timuerunt.* Hoc igitur miraculum partim visum, partim verbis comperiunt: unde sequitur: *Et narraverunt illis qui viderant.* *Theophylactus* (Mar. 5. parum ante med.) Stripes autem propter miraculum quod audierat, timuerunt; & propter hoc deprecantur ipsum ut ab eorum recedat finibus; & hoc est quod subditur: *Et rogare eum ut recederet ut à finibus eorum;* timebant enim ne aliquando tale aliquid paterentur. Constat enim de porcorum perditione; præsentiam tenuit Salvatore. *Beda* (cap. 21. à med.) Vel concii fragilitatis propriæ, præsentia Domini se judicabant indignos.

Sequitur: *Cumque ascenderet navim, cepit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, ut esset cum illo.* *Theophylactus* (Mar. 5. circa med.) Timebat enim ne aliquando invenientes eum dæmones reintrent in eum. Dominus vero remittit eum in domum suam, innuens ei quod quamvis ipse præsens non esset, tamen sua virtus ipsum custodiret; simul etiam ut curatus illi proficit: unde sequitur: *Et non admisit eum; sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & nuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.* Vide Salvatore humilitatem: non dixit, Denuntia omnia quæ feci tibi, sed omnia quæ fecit tibi Dominus: sic & tu cum aliquid boni feceris, non tibi, sed Deo attribuas. *Chrysofomus.* (d) Licet autem aliis sanatis præcepit non mini dicere, convenienter tamen huic præcepit quod annuntiet: quoniam omnis (3) illa regio dæmonibus detenta sine Deo manebat. *Theophylactus.* Ipse igitur (4) cepit prædicare, & omnes mirantur; & hoc est quod sequitur: *Et cepit prædicare.* *Beda* (ubi supra cap. 21.) *Mysti-*

F 6

tieg. I

rice autem Gerasa, sive Genezē, ut quidam legunt, colonum eiciens, sive advena appropinquans interpretatur: quia Gentium populus & hostem de corde repulit, & qui erat longē factus est prope. Hieronymus (in princ. Comm. in cap. 5. Mar.) Hic autem demoniacus, desperatissimus Gentium populus est, nec legio naturae, nec Dei, nec humano timore alligatus. Beda (cap. 21. à princ.) Qui in monumentis habitabat, quia in mortuis operibus, hoc est in peccatis, delectabatur & semper nocte, ac die futebat; quia in prosperis, & adversis à servitio malignorum spirituum non cessabat; sed per operum fecunditatem quasi in monumentis jacebat; per factum superbiae in montibus errabat; per verba durissima infidelitatis quasi lapidibus se concidebat. Dicit autem, *Legio mihi non men est*, quia populus Gentium diversis idolatrie cultibus erat mancipatus. Quod autem exierint spiritus immundi ab homine intrant porcos, quos in mare precipitant, significat quod, liberato populo Gentium à damnatione demonum, qui Christo credere noluerunt, in abditis agunt sacrilegos ritus. Theophylactus (Mar. 5. super *Mitte nos in poros*). Vel per hoc significatur quod demones intrant in homines ad modum porcorum viventes, & volutabro voluptatum se involvunt, ac precipitant eos. precipitatio (1) perditionis in mare vitæ illius, & suffocantur. Hieronymus (Mar. 5. super *Cui nomen Legio*). Vel suffocantur in inferno sine respectu misericordiae per impetum immaturæ mortis; à quibus fugiunt multi, quia flagellato stulto, sapiens prudentior fit. Beda (cap. 21. parum à fine). Quod autem Dominus volentem esse cum illo non admittit, significat quod quisque intelligat post remissionem peccatorum ingredientem sibi esse in conscientiam bonam, & servientem Evangelio propter aliorum salutem, ut deinde cum Christo requiescat. Gregorius (a) 7. Moral. Cum enim quantumlibet parum de divina cognitione percepimus, redire jam ad humana nolimus, quietem contemplationis querentes; sed Dominus precipit, ut mens prius exudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem. Hieronymus (Mar. 5. ubi supra). Homo autem sanatus predicabat in Decapoli, dum à Romano tunc regno Judæi convellentur, qui in littera tantum pendunt decalogi.

(1) Al. deest perditionis. (2) Al. deest quia secundum legem immunda erat propter hoc retro tetigit, & non ante.

Ex edit. P. Nicol. (a) 6. Moral. cap. 17. & est in antiq. codd. cap. 28. super illud Job 5. *Ingrederis in abundantia sepulcrum*. (b) Colligitur potius ex Victor Antiocheno in hunc locum Tom. 1. Biblioth. PP. verbis paululum immutatis; nec apud Chrysostrum occurrit. (c) Non sic expresse Chrysostrum quoad omnia, quæ nec alibi sub his verbis occurrunt.

(b) Theophylactus (Mar. 5. post med. Comment.) Post miraculum demoniaci, aliud miraculum Dominus operatur, filiam scilicet Archisynagogi resuscitans; ad cuius miraculi narrationem Evangelium accedens dicit: *Et cum ascendisset Jesus in navi, rursus trans fretum. Augustinus de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 28.)* Intelligendum est autem quod de Archisynagogi filia subditur, factum esse cum ascendisset Jesus in navi rursus trans fretum; sed quantum post, non apparet: nisi enim fuisset intervallum, non esset quando fieret quod narrat Matthæus de convivio domus suæ; post quod factum nihil aliud continuo sequitur quam illud de Archisynagogi filia: sic enim ipse contexit; ut ipse transitus aperte indicet hoc consequenter narrari quod consequenter est factum. Sequitur: *Et venit quidam de archisynagogis nomine Jairus. Chrysostrum.* (b) Nomen posuit propter Judæos, qui tunc erant, ut nomen miraculi fieret offensivum. Sequitur: *Et videns eum procidit ad pedes ejus, & deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est.* Et quidem Matthæus narrat Archisynagogum puellam mortuam nuntiasse; Marcus vero graviter infirmatam; sed postmodum Archisynagogus, cum quo Dominus ire debebat, nuntiatam fuisse puellam mortuam esse. Matthæus ergo eandem rem similiter significat, quod scilicet mortuam suscitaverit, brevitas causa emendans obviisse, quam constat mortuam suscitaram fuisse. Augustinus de Con. Evang. (Lib. 2. cap. 28.) Attendit enim non verba patris de filia, sed, quod est potissimum, voluntatem: nam enim desperaverat ut potius eam vellet reviviscere, non credens vivam posse inveniri quam morientem reliquerat. Theophylactus (Mar. 5. à medio Comm.) Fuit autem hic vir ex parte fidelis, inquantum cecidit ad pedes Jesu; inquantum vero deprecatur ut veniat, non quantum oportebat habere fidem, ostendit. Oportebat enim dicere: Dic verbo, & sanabitur filia mea.

Sequitur: *Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebat eum, & mulier quæ erat in prostivo sanguinis duodecim annis. venit in turba retro. Chrysostrum.* (c) Mulier ista famosa, & nota omnibus, propter hoc ad Salvatorem in manifesto accedere non audebat, neque ante eum venire, (2) quia seculum

dum legem immunda erat; propter hoc retro tetigit, & non ante, quia nec hoc facere audebat, nec etiam tetigit vestimentum; sed vestimentorum fimbriam. Non autem fimbria, sed ejus cogitatio em salvam fecit.

Sequitur: *Dicebat enim: Quia si vel vestimenta ejus tetigero, salva ero. Theophylactus (Mar. 5. à med.)* Fidelissima quidem est hæc mulier, quæ à fimbriis curatorem speravit, propter quod consequitur sanitatem: unde sequitur: *Et confestim siccat est fons sanguinis ejus, & sensit corpore quia sanata esset à plaga. Chrysostrum.* (a) His autem qui fide tangunt Christum, virtutes ejus (1) cum sua voluntate donantur: unde sequitur: *Et statim desus cognoscens in semetipso virtutem quæ exierat de illo, conversus ad turbam quæbat: Quis tetigit vestimenta mea? Virtutes quidem Salvatoris exeunt ab eo non localiter, aut corporaliter, ipsum modo aliquo relinquentes: incorporales enim cum fiat, ad alios exeunt, aliique donantur, neque tamen extraneum sunt à quo exire dicuntur; sicut scientiæ quæ à doctore dicentibus tribuuntur. Dicit ergo: Cognoscens in semetipso virtutem quæ exierat de eo: (2) ut intelligeres quod eo sciente, non ignorante mulier salutem (3) recepit. Interrogabat vero, *Quis me tetigit?* licet sciret tangentem, ut mulierem venientem manifestet, & ejus publicet fidem, & ne virtus miraculosi operis oblivioni tradatur. Sequitur: *Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? Quæsierat autem Dominus, Quis me tetigit? id est cogitatione; & fide: non enim comprimentes turbæ me tangunt: quia non cogitatu, & fide accedunt.**

Sequitur: *Et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Theophylactus (Mar. 5. à med. Com.)* Volebat enim Dominus mulierem manifestare, primo quidem ut fidem (4) approbaret mulieris; deinde ut Archisynagogum ad confidentiam provocaret, quia sic ejus filia curaretur; simulque ut mulierem solveret à timore: etenim timebat mulier, quia furata erat sanitatem: propter quod sequitur: *Mulier autem timens, & tremens, sciens quid factum esset in se, venit, & procidit ante eum; & dixit ei omnem veritatem. Beda (cap. 22. in Mar. par. ante med.)* Ecce quo tendebat interrogatio, ut scilicet mulier confi-

teatur veritatem diuturnæ infidelitatis, subitæ credulitatis, & sanationis: & ita ipsa confirmatur in fide, & aliis præbet exemplum. Sequitur: *Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Non dixit, Fides tua te salvam factura est, sed te salvam fecit: quasi dicat: In eo quod credidisti, jam salva facta es, Chrysostrum.* (b) Filiam vero vocat salvatam fidei ratione: fides enim Christi, Dei filiationem præstat. Theophylactus (Mar. 5. à med. Com.) Dicit autem ei, *Vade in pace*, id est in requie; quasi dicat: Vade, requiesce, quia hucusque fuisti in angustiis (5) & turbationibus. Chrysostrum. Vel dicit, *Vade in pace*, mittens eam in finem bonorum: in pace enim Deus habitat: ut cognoscat quod non solum corpore curata est, sed etiam à causis corporalis passionis, id est peccatis, (6) mundata. Hieronymus (Mar. 5. circa med. Com.) Myricem autem post prædicta venit Jairus archisynagogus: quia, cum intraverit plenitudo, Gentium tunc omnis Israel salvus fiet: Rom. 11. Jairus, sive illuminans, sive illuminatus interpretatur; id est, Judaicus populus, umbra litteræ deposita, spiritu illustratus, (7) & illuminatus, prociens ad pedes Verbi, id est ad incarnationem Jesu se humilians, rogat pro filia: quia qui sibi vivit, alios vivere facit. Abraham etiam, & Moyse, & Samuel rogant pro plebe mortua; & sequitur Jesus preces eorum. Beda (cap. 22. in Marc. inter prin. & med.) Ad puellam autem sanandam pergens Dominus à turba comprimitur: quia genti Judææ salutaria monita præbens, noxia carnalium populorum est consuetudine gravatus. Mulier autem sanguine fluens, sed à Domino curata, Ecclesia est, congregata de Gentibus: fluxus enim sanguinis, & super idolatriæ pollutione, & super his quæ carnis ac sanguinis delectatione geruntur potest recte intelligi. Sed dum Verbum Dei Judæam salvare decerneret, plebs Gentium paratam promissamque aliis præcipit spe certa salutem. Theophylactus (Mar. 5. à med. Comment.) Vel per mulierem, quæ hæmorrhœia erat, intelligas humanam naturam: profluebat enim peccatum, quod animam occidens, quasi sanguinem fudit animarum nostrarum. Hæc à pluribus medicorum, sapientum

(1) Al. cum causa sua voluntate. P. Nicolai Legit cum bona ejus voluntate. (2) Al. intelligens. (3) Al. recipit. (4) Al. approbet. (5) Al. curatibus. (6) Al. mutata. (7) Al. & illuminans.

Ex edit. P. Nicol. (a) Hæc habet Victor Antiochenus ubi supra, non Chrysostrum, qui pro illo substitutus est, aliis tamen verbis, & alia serie: similiaque Theophylactus etiam habet.

(b) Equivalenter tantum hom. 32. in Matth. sed expressius Victor Antiochenus ubi supra, tametsi verbis aliquantulum immutatis; ut & aliud quod sequitur paulo post Chrysostrum nomine.

kujus mundi, & legis, & Prophetarum, curari non valuit: mox ut simbram Christi tetigit, idest carnem ejus, sanata est: qui enim credit Filium Dei incarnatum, hic est qui vestimentorum simbram tangit. *Beda* (cap. 22. in Mar. parum ante med.) Unde una cordata mulier Dominum tangit, turba comprimit: quia qui dispersis haereticis, sive pervertis moribus gravatur, solo Ecclesiae catholicae corde fide liter venerat. Venit autem Ecclesia Gentium retro: quia praesentem in carne Dominam non videns, peractis jam sacramentis incarnationis illius, ad fidei ejus gratiam pervenit; sicque dum participatione sacramentorum ejus salvari a peccatis meruit, quasi tactu vestimentorum ejus, fontem sui sanguinis liceavit. *Circumspicebat autem Dominus videre eam quae hoc fecerat*: quia omnes qui salvari merentur, suo dignos intuitu, ac miseratione judicat.

(c) *Theophylactus* (Mar. 5. non procl. a fin.) Hi qui circa Archisynagogum erant, Christum unum ex Prophetis esse credebant, & propter hoc eum deprecandum putabant ut veniens super puellam oraret; quia vero jam expiraverat puella, putabant non esse precandum: & ideo dicitur: *Adhuc loquente, veniunt ad Archisynagogum, dicentes: Quia filia tua mortua est, quid ultra vexas Magistrum?* Sed ipse Dominus ad confutandum patrem inducit: sequitur enim: (1) *Noli timere: tantummodo crede.* *Augustinus* de Con. Evan. (Lib. 2. cap. 28.) Non legitur, quod suis nuntiantibus, & prohibentibus, ne jam magister veniret, ille consenserit; ac per hoc quod Dominus dixit ei, *Noli timere, crede*, non dissidentem reprehendit, sed credentem robustius confirmavit. Si autem Evangelista Archisynagogum commemorasset dixisse quod sui a domo venientes dixerunt quod jam non vexaretur Jesus, repugnarent ejus (2) cogitationi verba quae posuit *Matthaeus*, eum dixisse, quod scilicet puella mortua esset.

Sequitur: *Et non admisit quemquam sequi se, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi.* *Theophylactus* (Mar. 5. par. a fin. Comment.) Non enim humilis Christus ad ostentationem voleit aliquid operari.

Sequitur: *Et veniunt in domum Archisynagogi, & vident tumultum, & stentus, & ejulantes multum.* *Chrysostomus*. (a) Ipse autem jubet non (3) ululare, tamquam puella non sit mortua.

(1) Al. addit *Jesus autem, audito verbo quod dicebant, ait Archisynagogo.* (2) Al. cogitationis. (3) Al. vulgare. *Nicolajus* habet *ejulare.* (4) P. *Nicolai* posuit convinci. (5) Al. resuscitaverint. (6) Al. Sed ut sensum vocantis &c.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Immo potius *Victor Antiochenus* ubi supra. (b) Homil. 32. in *Math.* (c) Ad *Paramachium* epist. 101. (d) Nihil tale in *Glossa* quae nunc extat.

tua, sed dormiens: unde sequitur: *Et ingressus ait: Quid turbamini, & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit.* *Hieronymus* (Mar. 5. circ. fin. *Commen.*) Archisynagogo dicitur: *Filia tua mortua est, Jesus autem dixit: Non est mortua, sed dormit.* Utumque verum est; quasi dicat: Mortua est vobis, mihi, dormit. *Beda* (cap. 22. in Mar. a med.) *Hieronimus* enim mortua erat qui suscitare nequiverant; Deo dormiebat, in cujus dispositione & anima vivebat, & caro resuscitanda quiescebat. Unde mox apud Christianos obdormit ut mortui, qui resuscitaturi non dubitantur, dormientes vocentur.

Sequitur: *Et iridebant eum.* *Theophylactus* (Mar. 5. circ. fin. *Commen.*) Derident autem eum tamquam ulterius non posse aliquid facere; sed ipsemet contra seipsum attestantes (4) disputant, tamquam vere mortuum suscitaverit; & idem miraculosum erit, si suscitaverit eam. *Beda* (cap. 22. in Mar. a med.) Quia ergo verbum resuscitantis iridere quam credere malebant, merito sonas excludantur, utpote indigni qui potentiam (5) resuscitantis, ac resurgentis mysterium videbant: unde sequitur: *Ipse vero, speciebus omnibus assumit secum patrem, & matrem puellae.* *Chrysostomus*. (b) Vel ut ostentationem auferret, propter hoc non omnes secum esse finit; ut vero testes postmodum haberet: divinae virtutis, tres praecipuos ex discipulis elegit, & patrem, & matrem puellae, tamquam praesentibus magis necessarios. *Manu vero, & verbo* puellam vivificat: unde sequitur: *Et tenens manu puellae ait illi: Thabitha cumi, quod est interpretatum Puella, tibi dico, surge.* *Manus enim Jesu vivificativa existens, mortuum corpus vivificat, vox autem jacentem excitat: unde sequitur: Et confestim surrexit puella, & ambulavit.* *Hieronymus* de optimo genere interpret. (c) (aliqui ante med.) Arguat aliquis Evangelistam mendaciter, quare exponendo addiderit, *Tibi dico*; cum in Hebraeo *Thabitha cumi* tantum significet *Puella surge*. (6) Sed ut emphaticoteron faceret, & sensum vocantis, & imperantis exprimeret, addidit: *Tibi dico, surge.*

Sequitur: *Erat autem annorum duodecim.* *Glossa*. (d) Hoc Evangelista addidit ad ostendendum puellam hujus aetatis esse quod poterat ambulare. In ambulatione ejus non solum suscitata, sed etiam perfecte sanata ostenditur.

Sequitur: *Et obdormierunt stupore magno.* *Chrysostomus*. (e) *Chrysostomus* dicit, quod illi stupore magno obdormierunt, quia non crediderunt, quod resuscitatus esset. (f) *Chrysostomus* dicit, quod illi stupore magno obdormierunt, quia non crediderunt, quod resuscitatus esset.

praecipit illis vehementer, ut nemo id sciret; & jussum illi dari manducare. *Chrysostomus*. (a) Ad demonstrandum, quod eam vere suscitaverit, & non secundum phantasiam. *Beda* (cap. 22. in Mar. in med.) Mystice autem salvaia a profusio sanguinis muliere, mox filia Archisynagogi mortua nuntiatur: quia dum Ecclesia Gentium a vitiorum labe mundata, & ob fidei meritum filia est cognominata, continuo synagoga perfidia simul, & invidia zelo soluta est: perfidia quidem, quia in Christo credere noluit; invidia vero, quia Ecclesiam credere doluit. Et quod aiebant nuntii Archisynagogi, *Quid ultra vexas magistrum?* per eos hodie dicitur qui a Deo desitutum synagoga statum vident, ut resuscitari posse non credant: ideoque pro resuscitatione illius supplicandum non esse aestimant. Sed si Archisynagogus, idest cortex doctorum legis, credere voluerit, & subiecta ei synagoga salva erit. Quia vero synagoga laetitiam dominicae inhabitationis merito infidelitatis amisit, quasi inter stentes, & ululantes mortua jacet. Tenens autem puellae manum Dominus eam suscitavit: quia nisi prius mandatae fuerint manus Judaeorum, & ululantes plene sunt, synagoga mortua non resurget. In sanatione autem haemorrhoidiae mulieris, & suscitacione puellae, salus ostenditur generis humani, quae a Domino ita dispensata est, ut primo aliqui ex Israel ad fidem venirent, deinde plenitudo Gentium intrarent, ac si omnis Israel salvus fieret. Annorum autem duodecim erat puella, & annis duodecim mulier erat passa: quia peccata non credentium apparuerunt in initio fidei credentium: unde dicitur *Gen. 15.* „Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam.“

*Gregorius* 4. Moral. cap. 29. (super illud „Quia re ceptus genibus, lactatus uberibus“ cap. 25. in nov. exemp.) Moraliter vero Redemptor noster puellam in domo, juvenem vero extra portam, in sepulcro autem Lazarum suscitavit: adhuc quidem in domo mortuus jacet qui latet in peccato; jam extra portam educitur cuius iniquitas usque ad viderium publicae perpeccationis aperitur; sepultura vero (1) agere premitur qui perpeccatione nequitiae etiam usu consuetudinis pressus gravatur. *Beda* (cap. 22. aliq. ante fin.) Et notandum, quod leviores, & quotidiani erratus, levioris poenitentiae possunt remedio curari: unde jacentem in conclavi Dominus facillima voce puellam resuscitavit: dicens: *Puella surge*; ut vero quadrivanus mortuus sepulcri clausura evadere posset, fremuit spiritu, turbavit seipsum, lacrymas fundit. Quanto igitur gravior animae mors, tanto acrior necessesse est ut poenitentis fervor insistat. Sed & hoc notandum, quia publica noxa publico eget remedio: unde Lazarus de monumento vocatus populis innotuit: levia autem peccata, secreta queunt poenitentia deleri: unde puella in domo jacens paucis arbitris exurgit; eisdemque ut nemini manifestent praecipitur. Turba etiam foris eicitur, ut puella suscitetur: quia si non prius a secretioribus cordis expellitur saecularium multitudinum curarum, anima quae intrinsecus jacet mortua, non resurgit. Bene autem surrexit, ac si ambulat: quia anima a peccatis resuscitata, non solum a fordibus saeculorum exurgere, sed & in bonis proficere debet operibus, & mox necesse est ut caelesti pane satiatur, divini scilicet verbi, & altaris particeps effecta.

(1) Al. agere permittit. (2) Al. & ambulabat.

EX EDIT. P. NICOL. (a) Hom. 32. in *Math.* ut supra.

(a) **E**T egressus inde, abiit in patriam suam; & sequebantur eum discipuli sui. **E**t facta sabbato, coepit in synagoga docere; & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Unde huic haec omnia; & quae est sapientia quae data est illi, & virtutes tales quae per manus ejus efficiuntur? Nonne hic est faber filius Mariae, frater Jacobi, & Joseph, & Judae, & Simonis? Nonne & sorores ejus hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Jesus, quia non est Propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere; nisi paucos infirmos impolitibus manibus curavit; & mirabatur propter incredulitatem eorum.

(b) Et circumibat castella in circuitu docens. Et vocavit duodecim, & coepit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et praecipit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, neque panem, neque in zona as; sed calceatos sandaliis, & ne inducerentur duabus tunicis. Et dicebat eis: Quicumque interliseritis in domum, illic manete donec exeat inde. Et quicumque non receperit vos, nec audierit

(a) *S. Thom. Op. Tom. VIII.*

G6 rint